

### Aktuelle Argumente für die humanistische Bildung

Nach dem Erfolg der „Heidelberger humanistischen Reden“ – das Bändchen ist bereits vergriffen – hat der Deutsche Altphilologenverband auch die bedeutendsten Reden des Marburger Kongresses in Buchform herausgegeben. Diese neue Fundgrube von Argumenten für die humanistische Bildung ist noch lieferbar. Titelangaben:

*Die schöpferischen Kräfte der Antike. Marburger humanistische Reden. Zusammengestellt von Helmut Meißner. Mit Beiträgen von Roman Herzog, Richard Schröder, Bassam Tibi, Friedrich Maier, Hartmut Müller-Kinet, Ulrich Greiner, Michael Rutz. Tübingen: Stauffenburg-Verlag 2001. 173 S. Kartonierte Ausgabe DM 24,80 (ISBN 3-86057-073-0).*

Hier einige „Kostproben“ aus dem Buch:

„Ich bin im übrigen auch ganz sicher, daß eine intime Kenntnis des Lateinischen ein hervorragendes Denkpropädeutikum für Sozialwissenschaften ist.“ (ROMAN HERZOG)

„Die Anderen – Moslems, Hindus, Konfuzianer – ... sind sich ihrer Sache sehr viel mehr bewußt als wir doch „wischiwashi“ gewordenen Europäer. Die werden uns fragen: Was sind die Grundlagen eurer Kultur? ... Und sie werden uns genau darauf abklopfen, ob wir von diesen Grundlagen etwas wissen, ob wir von ihnen noch erfaßt sind, ob wir zu ihnen noch stehen.“ (ROMAN HERZOG)

„Für den anstehenden Dialog der Zivilisationen ... sind wir am besten vorbereitet, wenn wir unsere eigene gut kennen. Sonst reden viele lange über nichts.“ (RICHARD SCHRÖDER)

„Es sollten aber die Kundigen unserer europäischen Kulturquellen sozusagen jeweils in Rufweite zu erreichen sein und im Diskurs mitmischen.“ (Richard Schröder)

„Wenn das kulturelle Gedächtnis kurzatmig wird und nur noch 150 Jahre Marxismus umfaßt oder auch hinter das Jahr 1933 nicht zurücksehen kann, wird die Urteilsfähigkeit kurzsichtig.“ (RICHARD SCHRÖDER)

„Für uns Reformmuslime ist es unendlich wichtig, die Begeisterung für Aristoteles im

Hochislam neu zu beleben und die Menschen an die entsprechenden historischen Zusammenhänge zu erinnern.“ (BASSAM TIBI)

„Wir brauchen allem Zeitdruck ferne Räume der geistigen Ruhe, wo Urteilskraft, Selektionsvermögen, die Fähigkeit zur Distanz und Bewertung wachsen ...“ (FRIEDRICH MAIER)

„In jeder Generation muss es wenigstens eine qualifizierte Minderheit geben, die die antike Welt verstehen lernt, damit die Gesellschaft insgesamt nicht dem Provinzialismus zeitgenössischer Beschränktheit anheimfällt.“ (HARTMUT MÜLLER-KINET)

„In geistigen Dingen gibt es kein Veralten.“ (ULRICH GREINER)

„Das klassische Bildungsideal ist also kein alter Quark, es ist vielmehr, würde es heute wohl heißen, megacool und angesagt.“ (MICHAEL RUTZ)

HELMUT MEIßNER

**Nuntii Latini Radiophoniae Finnicae Generalis** quos collegit et Latine reddidit TUOMO PEKKANEN/REIJO PITKÄRANTA. Aufruf der Nachrichten im Internet jederzeit (als Lesetext und gesprochen): <http://www.yle.fi/fbc/latini/trans.html>. Unter dieser Adresse sind auch die jeweils aktuellen Rundfunksendezeiten für Europa zu erfahren. © Copyright Yleisradio Oy Finnish Broadcasting Co

### N. 37/2001

#### **Impetus in USA terroristicus**

Die Martis (11.9.) mane impetus terroristicus maximae crudelitatis in Civitates Americae Unitas factus est. Terroristae aëroplanum commerciale vi abduxerunt et contra turrim aedium Neo-Eboracensium, nomine World Trade Center, inopinanter gubernaverunt. Duodeviginti minutis post, aliud aëroplanum contra alteram earundem aedium turrim volavit. Turres geminae, altitudine quadringentorum undecim metrorum, quod symbolum potentiae oeconomicae Americanorum habebatur, ignem conceperunt et explosionibus factis post unam fere horam corruerunt. His

aedibus deletis tertium aëroplanum, id quoque vi abductum, contra Pentagonum praecipitavit, quae est sedes Washingtoniensis ministerii defensionis. Postea compertum est, ut minister a rebus exteris Colin Powell confirmavit, primum scopum tertii ictus fuisse Aedes Albas, residentiam praesidentis. Quartum aëroplanum a terroristis interceptum prope urbem Pittsburgh in silvam decidit. In aedificiis in ruinas redactis complura dena milia hominum laborare solebant. (14.9.2001)

### **De auctore sceleris indicia**

De auctore et origine scelerum suspectus maxime habetur Osama bin Laden, Arabs Saudianus, terro-rista et miliardarius in Afganistania latitans, quem or-dini terroristico praeesse constat. FBI sive Foederalis Grapheum Investigationis Americanorum indicia quaedam de culpa illius in lucem iam venisse nuntiavit. (14.9.2001)

### **Numerus victimarum ingens**

De numero victimarum tantum vagae aestimationes fieri potuerunt. Praeter ducentos sexaginta sex vectores aëroplanorum, plus quinquaginta custodes publici et ducenti fere siphonarii mortui sunt. Minister defensionis Donald Rumsfeld censet in aedibus Pentagon circiter ducentos homines interisse. Nemo audet coniectare, quot milia hominum in ictibus Neo-Eboracensibus disparuerint. Sospites ex ruinis adhuc quaeruntur. (14.9.2001)

### **Bush suos confirmavit**

Post calamitatem in historia Americanorum maximam praesidens George W. Bush animos civium orationibus habitis confirmavit: Hominem ignavum contra totam nationem Civitatum Americae Unitarum impetum fecisse, sed libertatem esse defendendam. Qui responsales flagitiorum ignominiosorum essent, ab Americanis quaesitum et punitum iri. Scelera commissa multo ampliora fuisse terrorismo, scilicet operationes bellicas. Scopum earum fuisse libertatem et democratiam. Hostem esse novi generis, qui nullam vitae humanae reverentiam haberet. Neque tamen eum in aeternum latitare posse neque eos, qui hosti refugium praeberent, in tuto mansuros esse. (14.9.2001)

## **N. 38/2001**

### **Atra dies Martis**

Vigiles aliique succursores, qui in ruinis Manhatta-nensibus fumum emittentibus nulla mora interpo-sita laboraverunt, postridie calamitatis diei quinque siphonarios servaverunt, postea autem neminem superstitem reppererunt. Victimae, quarum numerus in dies crescit, Neo-Eboraci sunt quinque milia sescentae quadraginta, Was-ingtoniae centum undenonaginta. Quinque milia quadringenti viginti duo homines in calamitate Neo-Eboracensi vi explosionum ita disparuerunt, ut corpora eorum adhuc non sint reperta. Erant inter victimas homines ex saltem sexaginta duabus nationibus oriundi. Cives Britanni, qui perierunt, erant inter ducentos quinquaginta et trecentos, Germani inter centum et ducentos. (21.9.2001)

### **Bush Islamitas Americae defendit**

Cum homines post ictus terroristicos in quibusdam partibus iram suam contra musulmanos vel Arabas in America habitantes vertissent, praesidens Bush Centrum Islamicum Washingtoniense visit, ut iniustis animi motibus finem imponeret. „Musulmani Americani“, inquit, „operam pretiosam rei publicae tribuunt et digni sunt, qui reverenter tractentur. Facies terroris non est vera facies islamismi.“ (21.9.2001)

### **Bin Laden ad iudicium flagitatur**

Americani Talibanos Afganistaniae accusant, quod Osamae bin Laden, qui de ictibus terroristicis suspectus habetur, refugium dederint, et flagitant, ut illum sibi tradant. Delegatio Pakistaniae, de postulatis Americanorum in Afganistaniam missa, infectis rebus Islamabadam, in urbem Pakistaniae principem, revertit. Etiam Consilium securitatis Nationum Unitarum Talibanos hortatur, ut Osamam ad iudicium dedant. Muhammed Omar, summus sacerdos Talibanorum, dixit suos cum Americanis de ea re consulere paratos esse. Cum hoc propositum ab Americanis reiectum esset, consilium sacerdotum Talibanorum Osamae suasit, ut sponte ex Afganistania abiret. (21.9.2001)

### **Bellum paratur**

Americani magnam consociationem internationalem contra terrorismum constituere pergunt.

Italia, Britannia Germaniaeque auxilium militare, si opus esset, promiserunt. Russi cum Americanis consentiunt vim militarem ad terrorismum reprimendum forsitan necessariam esse. Ivan Ivanov, minister a rebus exteris Russorum, de cooperatione Russo-Americana cum ministro Colin Powell Washingtoniae collocutus est. Dubium non esse videtur, quin Americani ictus terroristicos Neo-Eboraci et Washingtoniae factos ulciscantur. Copiis electis imperatum est, ut ad bellum se pararent. Die Mercurii centum aeroplana militaria in stationes apud Sinum Persicum sitas missa sunt, sed ministerium defensionis recusavit, quominus certam metam eorum palam faceret. Minister Donald Rumsfeld monuit omnes rationes contra terroristas eorumque adiutores adhibendas esse neque usum copiarum terrestrium excludi posse. Etiam praesidens Bush de effectu ictuum aeriorum dubitans: „Cui bono est“, inquit, „contra tentoria denorum dollarorum, eaque vacua, binarum milionum dollarorum rochetas mittere?“ (21.9.2001)

#### **N. 39/2001**

redegit Reijo Pitkäranta

##### **Unio Europaea conventum egit**

Moderatores Unionis Europaeae Bruxellis conventum necessitatis egerunt deliberaturi, quae consilia de impetibus terroristis in populum Americanum nuper factis caperent. Convenae unanimiter affirmaverunt se summa sodalitate Civitatibus Americae Unitis subsidium luros esse in actionibus contra terroristas adhibendis. Americanos ab Unione Europaea adiutum iri, etiam si illi adversus terrores arma sumere constituissent, dummodo ne id cum decretis Consilii securitatis Nationum Unitarum discreparet. (28.9.2001)

##### **Sanctiones Pakistaniae sublatae**

Sanctiones oeconomicae et militares, quae Indiae et Pakistaniae propter experimenta nuclearia tribus annis ante facta impositae erant, iussu praesidentis George Bush sublatae sunt. Censuit enim Bush operae pretium non esse illas sanctiones continuare, quod talis puniendi ratio suis non iam usui esset. Constat regimen Pakistaniae Americanis permisisse, ut spatio suo aereo, si

opus esset, ad impetus in fines Afganistaniae faciendos uti possent. (28.9.2001)

##### **Papa iter in Armeniam suscepit**

Pontifex Romanus Iohannes Paulus II hac septimana iter salutarium in Armeniam suscepit. Causa visitationis est, quod in praesenti mille septingenti anni acti sunt, cum Armenia civitas Christiana facta est. Traditur ecclesia eius ab apostolis Taddeo et Bartolomeo, quorum sepulcra adhuc ut loca sacra coluntur, condita esse. Anno trecentesimo primo Armenia omnium nationum prima fidem Christianam sibi religionem statalem assumpsit. (28.9.2001)

#### **N. 40/2001**

##### **Quid consociatio NATO censuerit**

Praepositi consociationis militaris NATO censuerunt se a Civitatibus Americae Unitis iam satis multa et valida testimonia accepisse, quae ostenderent Osamam bin Laden et satellites eius culpam magnae calamitatis in urbibus New York et Washington factae sustinere. George Robertson, primus secretarius eiusdem confederationis, dixit manifeste probatum esse perpetratores scelerum socios fuisse consociationis internationalis al-Qaida nuncupatae, cui praeeset Osama bin Laden. Quae cum ita essent, fieri non posse, quin quintus articulus, quo in charta consociationis NATO fundamentali de defensione communi sanctum esset, in usum reciperetur. (5.10.2001)

##### **Quid Putin Bruxellis dixerit**

Praesidens Russiae Vladimir Putin paratus est de consociatione NATO dilatanda benignius cogitare, dummodo Russia in illa rerum progressionem melius respiciatur. Hanc sententiam Bruxellis pronuntiavit, ubi moderatores Russiae et Unionis Europaeae summi gradus conventum egerunt. Eodem tempore affirmavit se Civitatibus Americae Unitis in actionibus antiterroristicis auxiliaturum esse. (5.10.2001)

##### **Commeatus in Afganistaniam**

Primi commeatus frumenti, quos ordo Nationum Unitarum in Afganistaniam advehendos curat, in urbem principalem Cabulum pervenerunt. Haec invectio, qua magna copia farinae in pistrinas

eiusdem urbis transportabatur, erat prima, quam auxiliares post aggressionem terroristicam in Americanos factam Afganis suppeditaverunt. Neque currus onerarii in itinere ullis periculis

occurrerent, quam ob rem nihil obstare videtur, quin transportationes cibariorum continuari possint. (5.10.2001)

**Autoren dieses Heftes** (siehe Impressum, ferner):

Britta B o b e r g , StR'n, Frankenberger Str. 25, 52066 Aachen

Jürgen B u s c h e , Dr., Berliner Verlag GmbH, Postfach 610417, 10927 Berlin

Dr. Karl-Ludwig E l v e r s , Ruhr-Universität Bochum, Gebäude GA, 44780 Bochum

Solveig K n o b e l s d o r f , StR'n, Wald-Oberschule, Waldschulallee 95, 14055 Berlin

Dr. Michael L o b e , StR, von-Raumer-Str. 17c, 91550 Dinkelsbühl

Prof. Dr. Friedrich M a i e r , Mitterlängstr. 13, 82178 Puchheim-Ort

Jens N i t s c h k e , Dr., Berliner Str. 117, 14547 Beelitz

Dr. Heinz M u n d i n g , Beethovenstr. 18, 67365 Schwegenheim

Dr. Franz-Peter W a i b l i n g e r , Kornwegerstr. 15, 81375 München

Friedemann W e i t z , Hochvogelstraße 7, 88299 Leutkirch im Allgäu

Prof. Dr. Jürgen W e r n e r , Peter-Huchel-Str. 40, 12619 Berlin

Theo W i r t h , Prof. Dr., Malvenstr. 20, CH-8057 Zürich

Herbert Z i m m e r m a n n , StD, Artilleriestr. 7A, 52429 Jülich

**FORUM CLASSICUM auf CD-ROM**

Eine Archiv-CD zu FORUM CLASSICUM und MDAV (ab 1994) kann weiterhin gegen eine Aufwandsentschädigung von DM 20,- (incl. Porto) zugesandt werden. Sie enthält – vierteljährlich aktualisiert – sämtliche Dateien der gedruckten Ausgaben seit 1994 im Adobe®-PDF-Format zur Volltext-Recherche (vgl. dazu den Artikel in FC 4/99, 212f.). Die jeweils aktuellsten Dateien sind abzurufen unter [www.ruediger-hobohm.de](http://www.ruediger-hobohm.de). Beachten Sie auch die Hinweise auf der Homepage des Verbandes: <http://www.forum-classicum.de>. Bestellungen richten Sie bitte (wenn möglich, unter Beilage eines Verrechnungsschecks oder des Betrages in Briefmarken) an: StR Rüdiger Hobohm, Luitpoldstr. 40, 85072 Eichstätt, Tel./Fax: (0 84 21) 90 27 60, e-mail: [ruediger.hobohm@altmuehlnet.de](mailto:ruediger.hobohm@altmuehlnet.de)

**Wichtiger Hinweis:**

Mit allen Fragen, die die Mitgliedschaft im DAV oder das Abonnement dieser Zeitschrift betreffen, wende man sich bitte **nicht** an den Bundesvorsitzenden. Für Fragen der Mitgliedschaft sind die Vorsitzenden der 15 Landesverbände zuständig, deren Anschriften in FORUM CLASSICUM 4/2000 auf S. 312 abgedruckt sind. Für Institute und Abonnenten ohne Mitgliedschaft im DAV ist der Buchners Verlag zuständig (siehe Impressum).